

845

Lorenzana

Oratio in laudem D. Thomae

1767

A



9.

390



no 9

875

~~3~~

383.

Leg 11 pag 20



U/Bc LEG 11-2 nº875 HTCA



5>0 0 0 0 4 7 0 8 7 3

UVA. BHSC. LEG.11-2 nº0875





Divus THOMAS Doctor Angelicus. Cōmunis. Eucharisticus que.



Rexis Mater de imperatoribus  
tuorum sa...

Super



Lubere, utque adhibe  
Thomas parvipendens exit?

Tolle Thomam et dissipabo Ecclesiam

UVA. BHSC. LEG.11-2 n°0875  
Colegia Real de S. Lucas...

Jph. Nava sc.

Anglph. d. 1767.



# PRIMA ORATIO

HABITA

In Regio ac Pontificio Angelopolitano  
Seminario Sanct. Apost. Petri & Joann.

IN LAUDEM

ANGELICI DOCTORIS

**D. THOMÆ  
AQUINATIS,**

QUAM VESPERÈ DIE VII. MARTII  
ANNO DOMINI M. DCC. LXX.

JUSSU

ILL<sup>MI</sup>. D. D.

**D. FRANCISCI  
FABIAN ET FUERO**

Hujus Dioeceseos Meritissimi Præsulis, Lepidè ac  
Luculentè egit ejus Familiaris

**D. GREGORIUS ALPHONSO  
VILLAGOMEZ ET LORENZANA,**

Sacrae Theologiæ Candidatus, Alumnusque perillustris  
Academiae humaniorum Litterarum magnificè erectæ  
in ipso Regali Gymnasio à prælaudato Angelopolis  
Antistite.



PRIMA GRATIA

HABITA

In Regio de ...  
Seminario ...

IN LAUDE M

AN ...

...  
...  
...

...  
...

...  
...

...

JUSSU

...  
...

...  
...

...

...  
...

...





UOD INNUMERIS ABHINC

annis habebamus in votis, id tandem ali-

quando sumus Divino propitio Numine

consecuti; Jàm faustum *affuit tempus quo*

nobis *Sol refulsit qui prius erat in nubi-*

*lo;* Jàm Virtutes Doctoris Nostri D.

THOMÆ AQUINATIS, amplissimo in

hocce loco in EJUS Solemnitatis die hacte-

nùs inauditas, non laudare solùm datur

sed



sed prædicare: Dolebamus equidem antea  
ac vehementer angebamur quòd cum singu-  
la fermè Sanæ Doctrinæ Domicilia TANTI  
HEROIS Præconia resonarent, nos EJUS  
Discipuli fidelissimi eramus tanquàm muti  
atque elingues; Nunc autem ad unum om-  
nes gaudemus, omnes exultamus, omnes  
incredibili voluptate perfundimur, Ipsi etiam  
istius Celeberrimi Seminarii Parietes ho-  
diernam diem quodammodo celebrare vi-  
dentur. ; Ast Ego, qui ad dicendi exercita-  
tionem minimè unquàm incubui, atque  
bonarum Artium prorsus ignarus sum, in

Cons-



Conspectu Sapiientissimi Præsulis, lectissimo-  
 rumque hominum adstante numerosa fre-  
 quentia, hanc novam sum Panegyrim ha-  
 biturus! ; Qui infirmus ipse admodum & im-  
 bellis onus adeò grave sustineam humeris!  
 ; Quidnam loqui queam EO dignum CU-  
 JUS nè Nomen quidem gloriæ vacuum est!  
 ; CUI nemo quantolibet ingenii flumine fa-  
 cundiaque polleat, meritum impertire potest  
 honorem! ; CUI postremò commendan-  
 do soli Angeli pares! Verùm dùm aliundè  
 considero quàm doctè Cyrenæus Poeta di-  
 xerit facile esse laudare Appollinem in quo  
 tot



tot ac tanta laudum sunt argumenta: Multa  
 mihi dicendi de D. THOMA, CUJUS sa-  
 nè magnificarum laudum uberrima seges  
 cuique, cæco licèt, manifestè patescit, lo-  
 cum arbitror esse; Et quamquàm illarum  
 unaquæque sibi quasi primas asciscere con-  
 tendat, atque aliàs fortè anceps fluctuaret  
 animus, nè quam potissimum susciperem  
 decantandam scirem, in nihilo tamèn ap-  
 tiùs in præsens meam existimo orationem  
 versari posse quàm si ostendam: *Præ*  
*DOCTORE ANGELICO Theologia*  
*nullum deligendum esse Magistrum. Vos*  
 verò,



verò, Antistes Ill<sup>me</sup>. àc reliqui Auditores or-  
natissimi, quidquid locuturus sum confido  
lætis auribus excepturos, namque & mihi in-  
signis vestra humanitas satis est explora-  
ta, & nihil vobis omnibus re agenda neque  
gratius auditu potest esse neque jucundius.

Quemadmodùm quicumque milita-  
ri arti operam dare exoptet, sibi primùm  
ad imitandum eum proponere debet Du-  
cem qui cæteris, triumphis partis, antecellue-  
rit, sic Doctrinæ Sacrae cultorem decet se-  
qui illius vestigia qui Orthodoxæ Adver-  
sarios fidei vi expugnaverit validiori; et  
B qui-



quidem, cum omni ævo Tenebrarum Prin-  
 ceps pervicaci ardens cupidine subvertendi  
 firmiter stabilitam Ecclesiam, plurimorum  
 Mortalium mentes cæcis imbuerit errori-  
 bus, numquam Dei munere defuerunt Bel-  
 latores strenui qui eosdem radicitus evel-  
 lerunt; Gentilium vana figmenta confuta-  
 runt Justinus Martyr, Origenes, Minucius  
 Felix, Tertullianus, Clemens Alexandrinus,  
 Athenagoras, Arnobius, Lactantius, Euse-  
 bius. Judæis acerrimum indixere bellum  
 Justinus idem, Cyprianus, Tertullianus,  
 Chrysostomus. Ebionitarum, Cerinthiano-  
 rum



rum hæreses, Valentinianorum fabulas,  
 Gnosticorum & Carpocratianorum spur-  
 cissima Dogmata refellit S. Irenæus. Mille-  
 narios, Sabellianos, Paulionistas exarmavit  
 Dionysius Alexandrinus.

Alij item non pauci extitere Sancti  
 Patres piique Viri, quorum unusquisque  
 idgenus pestes suo reptantes tempore ab-  
 jecit; At D. THOMAS non unam tantum-  
 modò aut alteram, sed cunctas uno impe-  
 tu extinxit; Nullum omninò errorem,  
 nullum commentum, nullum delirium ab  
 Orbe condito doemonica invenit impietas,

quod



8  
quod IPSE illicò non prostraverit atque in  
Avernum propulerit; Si nova nascantur  
monstra, arma expedita reservat quibus  
illa, Herculis instar monstrorum domitoris,  
enecet; Si velut hydra renascantur, capita ex-  
cidet & premet numquam deinceps repullu-  
latura; IS est profectò, IS est, *CUJUS Scrip-  
torum clypeo Militans Ecclesia Haretico-  
rum tela feliciter eludit*; IS est, QUI eam-  
dem *Apostolicam Ecclesiam infinitis con-  
futatis heresibus illustravit*; IS est, QUI,  
sicut alter David, *contrivit inimicos undique  
& extirpavit Philistiim contrarios usque  
in hodiernum diem.* Prop.



Propterea SANCTO PRÆCEPTO.

RI contigit quod de se Hieronymus ait,  
 ut *Ecclesie hostes omnes, suos quoque fe-*  
*cerit inimicos*; Hi, nempè, utpotè mali  
 praviq̄ue ingenio, quoniàm tàm nervosum  
 Athlétam versutiis & ineptis cavillationibus  
 substernere non valebant, in eum turpia  
 convicia & iniquas calumnias jactitabant;  
 ; Quid non excogitarunt Calvinus, Brencius  
 atque Bucerus? ; Quid non machinati sunt,  
 ut DOCTRINÆ SUÆ FULGENTISSI-  
 MÆ atras tenebras obducerent? ; Quem la-  
 pidem reliquit intentatum illa vorago àc  
 gur;



gurges vitiorum, illud obsessum omni  
 crimine caput, ille coluber venenosus, No-  
 vatorum signifer, cujusvisque horren-  
 dinoris Author Lutherus, qui VAS ELEC-  
 TIONIS BENEFICENTISSIMUM *Phia-*  
*lam iræ Dei* garrire ausus est ut ejus fa-  
 mam obrueret?

Enimverò contrà Christi Grex almus  
 quippè qui planè perspectum habet quàm  
 magni emolumenti ANGELICA sit DOC-  
 TRINA Ipsam sempèr singulari amore &  
 studio complexus est; Ipsam, quotièscumque  
 sevis fuit vexatus procellis, non secùs àc tu-

CUM



tum portum munitissimumque petivit;  
 Ipsam tanquam *certissimam Christianam*  
*Doctrinam regulam* quibusque in Conciliis  
 post illius Obitum celebratis excépit; Nàm  
 (ut reliqua præteream) Florentinum, at-  
 que omnium post memoriam hominum  
 famosissimum Tridentinum quanti D.  
 THOMAM duxerint, incredibile memora-  
 tu est; Et herclè in Florentino ejus armis  
 Latini induti ingentem Græcis admiratio-  
 nem attulerunt, Joannes præsertim á Mon-  
 tinegro, Ordinis Prædicatorum immortale  
 decus, qui ità tùm claruit ut nemo ma-  
 gis



gis; Hic unus cum super Sancti Spiritus  
 processione in Græcorum Scientissimos  
 iniisset disputationem, aqua omnibus hæ-  
 sit, omnesque convicti argumentorum ro-  
 bore & potentia obmutuerunt; Sciscitati  
 itaque undè tantam Latini deprompsissent  
 eruditionem, quisvè eis tam fortes gladios  
 ad sua Dogmata propugnanda suppeditas-  
 set, reque manifestò comperta, SUMMAM  
 CONTRA GENTES, simul alteram SUM-  
 MAM THEOLOGICAM Tripartitam S.  
 THOMÆ transferre in Linguam ver-  
 naculam decreverunt, ut non minùs to-  
 tius



tius Orbis \* quàm Ecclesiæ Latinæ foret \* P. Camb-  
blât.

Oraculum.

Jàm verò talem Nostro DOCTORI  
honorem Tridentinum Concilium præ-  
stitit qualem nullum unquàm absdubio alijs  
Adeste, quæso, animis, Viri humanissimi,  
& audite istius veritatis testimonium quod-  
dam egregium. Posteaquàm fusè & copiosè  
Patres ea de materia disseruerant, an Jesus-  
Christus nocte Cœnæ Apostolos initiasset  
& consecrasset impresso caractere, affirmans  
tandem opinio fuit communi confirmata  
consensu; Jamjàm Canon conficiendus erat,

C

cùm



cùm en repenti Unus pro sententia oppo-  
 sita clamat, Authorem D. THOMAM  
 appellans, qua voce cuncti commoti pro-  
 tinùs ab incepto desistunt, librum adduci  
 jubent, revisunt locum; Is cum primo as-  
 pectu dubius atque multiplex appareret,  
 in sequentem diem sententiam differunt,  
 ne, re minùs meditata, adversum fortassè  
 vero sensui jus pronuntiarent; Quid, ama-  
 bò, præclarius, quid gloriosius, quid ho-  
 norificentius dici potest?

Verùm quid mirum, cùm eadem ob-  
 servantia istud Concilium S. THOMAM af-

fe.



fecerit, qua Tertullianum S. Cyprianus No-  
 tario suo dicens cum Tertulliani Opera pete-  
 bat: *Da Magistrum!* Etenim nihil sancie-  
 bant Patres quod à suis præceptis vèl latum  
 unguem recederet, quin etiam ad quas-  
 cumque solvendas difficultates ipsum con-  
 sulebant, atque \* *ut ad lydium lapidem,*  
*si quid ambiguitatis, si quid controversie*  
*exoriretur, communibus votis referendum*  
*existimabant;* Quamobrè perperuò unà  
 cum sacris libris SACRAM SUMMAM  
 præsentem uti eorum comitem intuebant-  
 tur.

\* Orator  
 Concilii.

*In*



*In magna Aula medio* ( verba  
 sunt fidedigni Thomæ de Aquino Nea-  
 politani Clerici Regularis ) *In magna*  
*Aula medio, ubi erant congregati S. Tri-*  
*dentinae Synodi Religiosissimi Prasules ac*  
*doctissimi Patres, mensa extabat sacro*  
*librorum pondere gravis, in qua hi sacri*  
*Codices conspiciebantur: Sacra Scriptu-*  
*ra, Sanctiones ac decreta Pontificum, S.*  
**THOMÆ SUMMA;** ;Ergò solus ipse  
 Doctorum omnium eo decore exornatus  
 est eaque gloria? ; Solus rebus fidei ac mo-  
 rum definiendis adstitit Ductor? ; Nennè  
 cæ-



cæteri S. Patres quammaximè collustra-  
 verunt Ecclesiam Dei; Nonnè singulorum  
 Opera spectatam spirant pietatem, solidam-  
 que produnt Doctrinam? Sèd quid, Au-  
 ditores gravissimi, ; nùm illic universi non  
 interfuerunt? Interfuerunt certè; *Vox enim*  
*Sermonum S. THOMÆ ut vox multitu-*  
*dinis.* Sapienter quidè quærit Chrysosto-  
 mus cur primam Petri concionem ante re-  
 liquos Apostolos habitam sic Divinæ Litte-  
 ræ narrent: *Stans cum undecim levavit*  
*vocem suam & locutus est eis, ; an omnes*  
*emisere vocem? Nequaquam; attamèn Com.*

1710



*munem, respondet, vocem edebant & Petrus omnium erat os, sed adstabant illi undecim comprobantes suo testimonio ea quæ ab ipso dicebantur.*

Haud aliter meherclè ex SANCTI THOMÆ ore alij Sancti Patres loquuntur, *Communem vocem edunt, siquidè illorum Scripta nedùm didicit, verùm bibit etiàm ac penè exhausit, obscura quæque reseravit, incomposita rededit in ordinem, prolixa in pauca contraxit, nihilque laboravit nisi ut integrum & incorruptum veritatis depositum custodiret.*

Co-



*Colenda tantum, inquit lepidissimè P. Gra-*  
*veson, Antiquitatis canitie delectatus;*  
*Idcirco astant pariter comprobantes suo*  
*testimonio ea que ab ipso dicuntur, cum*  
 Clemente VIII. *EFVS Eloquium Divinum*  
*Doctrinamque Cœlestem ac miraculis ple-*  
*nam vocant, cum eodem omnia sine ullo*  
*prorsus errore fatentur conscripsisse, cum*  
 Joanne denique XXII. quotquot scripsit ar-  
*ticulos non absque speciali infusione per-*  
*fecisse asseverant; Splendida sanè encomia;*  
 verumtamèn inferiora uno Christi Domi-  
 ni verbo BENE, quod S. Doctorem supra  
 Terri-



Terrigenas longè extollit arque Angelis  
æquat.

Quòd si Alexander Magnus cum ad  
Achilis tumulum accedisset, eum fortuna-  
tum dixit qui suarum laudum præconem  
invenisset Homerum, & quàm fortunatus  
erit qui ab ipsa VERITATE celebratus est?  
Si, attestante Tullio, conspicuus est qui lau-  
datur à laudato Viro, & quàm conspicuus  
erit qui plausum meruit illius qui nullis lau-  
dibus eget? & At ut quid profana? Abraham  
commendavit Deus, agebat olim Chryso-  
tomus, & quis ipsius merita commemoranda

SUS-



suscipiet? Deus THOMAM commendavit:

Silete linguæ; Non plus ultra; Id unum

instar cunctorum præconiorum est, BENE

SCRIPSISTI DE ME. BENE, *brevitatem,* Sixtus

Senens.

videlicet, *copiam, claritatem, securitatem,*

*quas nulli unquam, vel ante vel post TE,*

*connectere accidit, amico, & indissolubili*

*pacis fœdere conjunxisti; BENE, nam den-*

*sis caliginibus ignorantiaë procùl fugatis,*

*clarissimo Ecclesiam meam splendore cir-*

*cumdas; BENE SCRIPSISTI DE ME,*

*Theologiaë Principem TE constituo, neque*

*alius in ista Scientia Dux est sequendus.*

D

O



O Nos proindè felices, queis talem  
 Magistrum sectari præscriptum est. Tibi,  
 Benignissime Præsul, tibi referimus id re-  
 gium beneficium acceptum; Tu dedisti no-  
 bis DOCTOREM JUSTITIÆ; Per te Scho-  
 larum SOL MICANTISSIMUS coruscum  
 huic Collegio lumen emittit; Per te, in-  
 quam, qui cum verbis, tum Pastoritiis Lit-  
 teris animos ad illius amorem nostros ac-  
 cendis. Sequamur igitur, Nobilissimi Juve-  
 nes, tot stimulis excitati anhelis passibus  
 Amantissimum & Venerabilissimum Nos-  
 trum DOCTOREM THOMAM; In eo no-  
 bis



bis est acutus mucro ut victorias ab Chris-  
 tiani nominis hostibus extorqueamus; Ut  
 Catholica defendamus Dogmata est præ-  
 sidium inexpugnabile; Sunt secreta Docu-  
 menta, Scripturæ Sacræ, Traditioni, atque  
 Patribus consentanea; Est demùm DOC-  
 TRINA ILLUSTRIS non modò ab Aca-  
 demiis, non modò á Religionibus, non  
 modò á Summis Pontificibus, sed, loqua-  
 tur Divus Vincentius, à *Papa Jesu appro-*  
*bata*; Hæc est Via quæ ducit ad Vitam,  
 non declinemus ab ea neque ad dexteram,  
 neque ad sinistram. Fiat. Fiat.







*UVA. BHSC. LEG.11-2 n°0875*





UVA. BHSC. LEG. 11-2 n°0875